

particulari verbo in oratione perfecta, & completa, (d) 4. qua stante legatorum diversitate, veniebat in consequentiam, quod s præta copulativa, & prædicta verba, utpote adjecta alteri legato relicto aliis quatuor neptibus ex Dominico fratre præmortuo, neque poterant censerî apposita in legato prius facto, neque erant extendenda ad inducendam conditionem, seu ad præfiniendum tempus super alio legato facto duabus fororibus, ac neptibus testatoris ex Abundio ejus fratre pariter prædefuncto. (e)

5. Captaque resolutio Dominis meis multo magis videbatur retinenda, ex quo in utroque legato legebantur personæ distinctæ, & diversa erat ratio consideranda in ipsius duobus legatis; quandoquidem diversitas personarum inducens de per se diversitatem dispositionum, licet per copulam conjunctarum excluderet repetitionem conditionis, (f) 6. & ipsamet diversitatis ratio vigens in quolibet legato non permittebat, ut conditio apposita in uno traheretur ad aliud. (g)

Neque à patribus suffragantibus longe querenda fuerat ratio diversitatis; siquidem hæc statim præ oculis habebatur, reflectendo, quod testator germanos fratres præfatarum quatuor fororum ex Dominico ejus fratre præmortuo nepotes instituit hæredes universales in rōta sua hæreditate, & sic bene idem testator agnoverat, nihil interesse potuisse iisdem fororibus, si præfatio legati differebatur ad tempus nuptiarum, vel spiritualium, vel temporalium; quoniam, pendente conditione, semper eadem forores omnia sibi necessaria à propriis fratribus consequi debebant; quæ sane ratio non verificabatur in filiabus Abundii alterius fratris testatoris, qui Abundius pariter prædecesserat, nam testator illarum fratrem Carolum Josephum solo legato honoraverat.

7. Hisce itaque firmatis nullam promereri posse animadvertionem dicebatur, quod in legato facto quatuor fororibus adjecta erat dicitio *similiter*, unde insinuare satagebant scribentes uniformitatem legatorum, quodque verba, quando pigliaranno stato, tamquam in fine posita, veniebant referenda ad omnia præcedentia: etenim in eo quod tangebatur dictam

dictionem *similiter*, satisfaciebat responsio, quod, nempe, eadem dicitio ostendebat quidem uniformitatem legatorum circa eorum quantitatem, quoad loca montium, minime vero circa tempus præstandi legata: & in eo, quod respiciebat prætensionem informandi utrumque legatum ex dictis postremis verbis, in promptu erat pro removenda difficultate quidquid supra deductum fuerat super diversitate, ac distinctione legatorum, in quibus circumstantiis verba in fine posita unice valebant referri ad illam orationem, cui junctæ legebantur, non autem ad alteram omnino distinctam, ac separatam, tam ex vi perfectæ, atque completæ præcedentis orationis, quam ex personarum, ac rationum diversitate. (h)

Inanis hinc etiam prætabatur discursus, cui ansam præbebat vinculum dotis ab A. C. Met appositum in translatione locorum montium, quoniam, decreta jam translatione in faciem fororum, hujusmodi onus adjectum à Judice favore, ac pro indemnitate eorundem, ne istæ, ac signanter, quia ea reperiebantur in ætate pupillari, ante matrimonium spirituale, vel carnale pati possent dampnum in suis locis montium, mediante aliqua eorum distraktionem, non valebat concludere, quod idem Judex habebat legatum pro conditionali, dum, supposita conditionalitate legati, utriusque nec fuisset decreta translatio locorum montium in faciem fororum, quia omnibus innotescebat ante adventum conditionis dispositionem remanere in suspensio.

8. Circa fructus, ad quos restituendos à die interpellationis fuerant condemnati rei conventi, nulla apud Dominos meos adeat difficultas, cum ipsi existerent eos esse omni jure debitos, tanquam accessorios dominio, quod à die obitus testatoris ministerio juris tranlibat recta via in legatarium. (i)

Et ita utraque, &c.



R.

(d) Rot. decif. 216. n. 5. & seq. part. 18. recent. tom. 1. (e) Bartol. in leg. Prætor. §. *Estque differentia* in princ. verif. *Quandoque*, ff. de *Præ honorarum*. Rot. cor. Emenix Jun. decif. 115. n. 3. & dicit. decif. 216. n. 7. part. 18. recent. (f) Ad text. in leg. *fin. §. Scio*, ff. de *Legat. 2. leg. Quæ conditio* 39. ff. de *Condit. & demonst.* & pluribus adductis firmavit Rot. decif. 6. n. 13. cor. Emin. D. Card. Falcon. tit. de *Primogen.* in 2. (g) Rot. decif. 446. n. 2. part. 4. Divers. & in recent.

dicit. decif. 116. n. 10. part. 18. & citat. decif. 6. n. 13. cor. Emin. Falcon.

(h) Altograd. consult. 54. n. 33. ad 40. tom. 1. Masfril. decif. 66. n. 20. Rot. in Recent. decif. 530. Part. 1. & decif. 195. part. 18. tom. 1. utrobique n. 6.

(i) Experta dispositione text. in leg. *Servus legat.* 71. in princ. & in leg. *Si tibi homo*, §. *Cum servus* 88. ff. de *Legat. 1.* & cum aliis dicit Rot. cor. Emin. D. Card. Falcon. decif. 47. n. 2. tit. 19. de *Fideicommiss.* tom. 1.

R. P. D. RATTŌ.

ROMANA LEGATI.

Veneris 6. Maii 1729.

ARGUMENTUM.

Hæres, repudiata hæreditate, agere potest pro consecutione legati. Judicium nil aliud est, quam actus legitimus trium personarum Judicis, Actoris, & Rei. Obligatio Cameralis tribuit viam executivam. Pro legatis competit hypothea. Alias plura.

SUMMARIUM.

1. Mandatum validum, & justum exequi debet.

2. Hæres, repudiata hæreditate, agere potest pro legato.

3. Judicium est actus legitimus trium personarum, Judicis, Actoris, & Rei.

4. Obligatio Cameralis tribuit viam executivam.

5. Disputandum non est de competentia via executiva, quoties Signatura rescripsit cum clausula, si quid exequendum.

6. Hypothea competit pro legatis.

7. Legitima debetur filiis, tam masculis, quam feminis.

8. Creditum semel approbatum reprobari non debet.

9. Creditum detractionis legitima non est admittendum, stante illius legali prohibitione facta à patre.

10. Explicatur decif. 113. post Fenzon ad Statutum Urbis.

11. Explicatur Statutum Urbis lib. 1. cap. 145.

12. Fœmina restituta ad jura suitatis per æqualem institutionem reportatam una cum masculis in testamento paterno, consequi debet legitimam liberam à quocumque onere.

13. Explicatur Statutum Urbis lib. 1. cap. 141.

14. Prohibitio quarumcumque detractionum non extenditur ad legitimam.

15. Jus detrahendi legitimam à filio non agnatum transit ad hæredes.

16. Legitima operatione legis defertur in filium à momento obitus patris.

17. Filii, sive masculi, sive fœmina, de jure æqualiter succedunt matri intestata.

18. Exclusio Statutaria cessat, ubi pater illas restituit ad jura suitatis.

19. Etiam si agatur de successione matris.

20. Alimenta debita jure actionis repeti possunt, quamvis præterita.

21. Puta, si fuerunt promissa in concordia.

22. Etiam si alimentarius fuerit aliunde provifus.

23. Immo, præstationes non exactæ transeunt ad hæredes alimentarii.

DECISIO XXIII.

IN ultimo testamento condito anno 1618.

Timotheus Ximenes Sen. legavit Ven. Monasterio Refugii nuncupato Beate Mariæ Virginum summam scutorum bis mille, cum obligatione retinendi educationis causa duas pauperes Puellas nobiles, aut saltem ab honestis parentibus procreatas, & ab hærede suo, necnon Ersilia uxore nominandas, ita tamen ut in concursu præferri semper deberent puellæ de familia, quantumvis non pauperes; universalem vero hæredem sibi scripsit Petrum Paulum Ximenes patrualem, ac in ejus descendencia masculina perpetuam primogenituram instituit, exclusis semper fœminis, quas congrue dorari jusit, vel ex multiplo scut. 400. cum fructibus hæreditatis conscicendo, statim ac oriretur aliqua fœmina, vel in ejus defectum ex bonis stabilibus.

Defuncto Petro Paulo primo hærede instituto, successit Timotheus Ximenes Jun. qui anno MDLXXVI. in testamento, cum quo extremam diem elavit, provide considerans, quod Margarita filia, obtento pingui legato scut. 3500. ex hæreditate Lucretiæ Covarruvie, abunde provisa remanserit, ei reliquit legitimam tantum portionem, hæredem vero usufructuariam instituit Hieronymam Galeotam uxorem cum onere alendi omnes filios, vel præstandi annuam summam scut. 25. unicuique ipsorum, qui aut nollet, aut non posset cum matre commorari, & ad proprietatem vocavit Petrum Paulum primogenitum, Alexandrum, Philippum, Joann. Baptitiam, & Joann. Franciscum filios masculos, una cum Hortentia, & Olimpiam filiabus æqualiter ad successione admittendis, eisque prohibuit, ne suam hæreditatem dividerent, neque dispositionem impugnant, sub poena privationis totius hæreditatis, & institutionis in sola legitima; fœminis autem ingreditur Monasterium congruam dotem præstari voluit, & illis, quæ decedissent, vel ante monachationem, & nuptias, vel etiam post nuptias sine filiis, substituit absque aliqua detractione masculos superstitites, ad hoc ut bona conservarentur in familia.

Plures controversiæ ortæ fuerunt, vivente ad.

adhuc matre inter prædictos hæredes proprietarios, & signanter super assignatione congruæ dotis debita Hortentiæ, & Margaritæ fororibus, necnon Hieronymæ filiæ Petri Pauli primogeniti, quibus pendentibus, anno MDCCV. Rev. P. D. meus Aldrovandus, tunc in Tribunali A. C. univerſa plaudente Curia, Locumentis munere fungens per suum decretum condemnavit fratres de Ximenes ad subministranda scuta 15. mensura favore Hortentiæ fororis; cum autem successively Petrus Paulus alter primogenitus, utendo facultate nominandi puellas in dicto Monasterio Beatæ Mariæ Virginum educandas, juxta piam dispositionem Timothei Sen. nominaverit eandem Hortentiæ, ea per Mionales admittit die 20. Octob. MDCCX. in ulteriori causæ prosecutione super assignatione dotium, Sacrum Auditorium die XXII. Jun. MDCCXI. coram bon. mem. Molines censuit, Hortentiæ constituendam esse dotem scut. 6000. in contanti, & die III. Aug. ejusd. anni demandando expeditionem favore ipsius Hortentiæ per brevem decisionem declaravit, dotem præstandam esse in scutis 8000. in stabilitibus per contributum, id est tam ex bonis exigibilibus, quam ex bonis inexistibilibus.

Post diuturnum litigium singulis controversiis finem imposuit anno MDCCXV. amicabilem transactio inter partes inita, qua mediante, inter cætera declaratum fuit, quod medietas bonorum paternorum reservata intelligeretur, tam fructibus, quam fororibus, ratione legitimæ, libere & absque onere fidei commissi, & substitutionis assignandæ pro rata unicuique tangente, de qua omnes ad eorum libitum disponere possent, & Petrus Paulus primogenitus, acceptando portionem sibi obventam, se obligavit ad constituendam dotem Hortentiæ, ac Margaritæ fororibus, necnon Hieronymæ filiæ, & ad præstanda eidem alimenta, usque ad effectivam dotis assignationem coherentem ad resolutiones S. Rotæ.

Rebus ita compositis, Hortentia, qua adhuc permanebat in dicto Monasterio educationis causâ, lethali morbo correpta, ibidem religiosum habitum induit, & solemnem professionem sub nomine Sororis Mariæ Fœlicis emisit, condito prius testamento, in quo, assignata dote scutorum mille tradi solita ex causa professionis, & hæredibus institutis Petro Paulo, Alexandro, Philippo, & Joannæ Franciscæ ejus fratribus, ipsis mandavit, quod erigerent in Ecclesia dicti Monasterii unam Capellaniam laicalem ad nutum Priorissæ amovibilem, cum onere celebrationis Missæ quotidianæ applicandæ in suffragium animæ ipsius testatrix,

quodque ad hunc effectum detrahere deberent ab ejus hereditate alia scuta 2000. qua una cum dictis scutis 1000. assignatis Monasterio pro dote, constituerent capitale scut. 3000. investendum in tot locis montium pro fundo dotali ejusdem Capellanæ, ac denique suam testamentariam dispositionem concludit verbis illis: *Qual Capellania detti Signori eredi siano tenuti erigerla, dentro il termine di tre mesi dopo la morte di essa testatrice, e mancando detti Signori eredi di erigere detta Capella dentro il detto termine di tre mesi, &c. in tal caso vuole, che decadino dal commodò di detta sua eredita ipso facto, & in quella sostituisse intieramente il suddetto Veni. Monastero di Santa Maria delle Vergini con il medemo peso di erigere la Capellania suddetta nel modo, è forma, che si è di sopra espresso.*

Sequuto Monialis obitu, in executionem prædictæ dispositionis Monasterium Beatæ Mariæ Virginum judiciales promovit instantias coram R. P. D. Vicegerente pro consequenda summa scut. 3000. in erectionem, ac fundationem Capellanæ, juxta voluntatem testatoris eroganda, & præfixis consuetis terminis fratribus de Ximenes ad declarandum, an velent hereditatem acceptare, comparuit eorum Procurator, qui absque ullo speciali mandato protestatus fuit suos principales nec esse, nec velle esse hæredes Hortentiæ fororis; quamobrem pro firmiori validitate iudicii deputatus fuit hæreditari Curator, eoque citato, & citatis etiam fratribus de Ximenes, Monasterium obrinuit adversus bona hereditaria Hortentiæ relaxationem mandati, ad cujus executionem impediendam fratres de Ximenes, expedita inhibitione vigore cautelæ Angeli, declarant ipsos velle retinere omnia bona *jure fideicommissi* ordinati, tam à Timotheo Sen. quam à Timotheo Jun.

Atsumpto itaque hujusmodi exceptionis maturo examine, cum justificatum fuerit, quod in hereditate Hortentiæ aderant plura credita ipsi competentia super utroque fideicommissio, Judex prædictus mandatum jam relaxatum, & expeditum contra bona hereditaria Hortentiæ, mandavit *exequi super bonis hereditariis quondam Timothei Ximenes communis Patris, &c. pro rata eidem Hortentia debita, tam pro legitima in dicta hereditate competente, quam pro alia portione dotis Hieronymæ communis matris eidem Hortentia pariter debita, super bonis dicti quondam Timothei, ac etiam super fructibus bonorum hereditariarum Timothei Senioris, & dicti Timothei Junioris pro alimentis decursis, & dicta Hortentia non solutis, &c.* ac ulterius per sententiam declaravit, *eisdem fratribus de Ximenes nullam retentionem, nul-*

lumque jus, neque actionem competisse, & competere pro impedienda executione dicti mandati super dictis bonis ab eisdem possessis, &c.

1. Ad reclamacionem fratrum de Ximenes directâ mihi fuit commissio appellacionis cum clausula: *Si quid exequendum, ad cujus tramites in hodierna Audientia proposui dubium: An mandatum R. P. D. Vicegerentis sit exequendum:* cui Domini affirmative responderunt, ita fuadente dicti mandati validitate ac justitia, que celerem ac promptam requirit executionem. (a)

2. Validitas porro ex actis resultans frustra impugnabatur sub obtentu, quod licet Monasterium, casu quo fratres de Ximenes non devenirent infra tres menses ad erectionem, & fundationem Capellanæ, fuerit substitutum in tota hereditate, adhuc non egerit hæreditario titulo Hortentiæ, prout agere debuisset, quinimo reportando a Judice deputationem Curatoris hereditarij jacenti, à se abdicaverit omnem qualitatem hereditariam, ut propterea, ex defectu legitimacionis personæ gerentis figuram actoris, promanet inexcusabilis nullitas iudicii: nulla namque urgebat necessitas, quod Monasterium pro consequutione legati scutor. 3000. promoveret actionem titulo hereditario Hortentiæ, cum de jure veritum non sit, ut quis ab hereditate se ablineat, & agere possit ad præstationem legati sibi relicti, (b) unde cum Monasterium, tanquam actor, exhibendo testamentum Hortentiæ, legitimaverit actionem suam, & pro valida constitutione rei, qui stare possit in iudicio, attenta hereditatis repudiatione facta per fratres de Ximenes, petierit deputari Curatorem hereditarij jacenti, eoque citato, iudicium instruxerit, & mandatum obrinuerit, nil ultra desiderari potest ad validitatem iudicii, 3. quod nil aliud est, quam actus legitimus trium personarum, scilicet Judicis, Actoris, & Rei. (c)

4. Levioris ponderis comperta fuit altera

nullitas ex eo petita, quod pro legitima debita Hortentiæ in bonis Timothei Jun. ejus patris, non via executiva, sed *non via ordinaria* procedi debuisset: cum enim legitima competens omnibus filiis, tam masculis, quam feminis Timothei Jun. promissa, & præservata fuerit in instrumento concordia inter ipsos inita, quatenus esset debita, eo ipso quod legitima Hortentiæ dubio procul erat debita, ut inferius ostendetur, pro ea consequenda utriusque potuisset agi *via executiva*, in vim obligationis Cameralis eidem instrumento adjectæ, que actionem exequitivam tribuit. (d)

5. Cæterum difficultas removebatur ex facto, quia Judex præcedentis instantia: non relaxavit mandatum pro legitima, sed bene quidem pro legato scutorum 3000. ab Hortentia relicto, & solum concessit *exequatur* super bonis paternis ad ratam legitimam competentis eidem Hortentiæ, ac propterea validum remanet mandatum executivum relaxatum pro consequutione legati, & illius executio ad ratam legitimam retardari non potest, quoties legitima debetur; præsertim, quia postquam causa fuit commissa cum clausula, *si quid exequendum*, non est amplius locus disputationi super incompetencia viæ executivæ. (e)

6. Sublatis nullitatibus oppositis adversus præcedens iudicium, clarissima vita est iustitia mandati executivi relaxati favore Monasterii contra bona hereditaria Hortentiæ, ac illius *exequatur* super bonis, tam Timothei Jun. quam Timothei Sen. pro rata creditorum eidem Hortentiæ competentium: cum enim dicta credita undequaque subsistant, dubitari non poterat quin Monasterio, pro consequendo legato ipsi relicto, competat actio super omnibus bonis, & iuribus ad Hortentiam testatricem pertinentibus, quia explorati juris est, quod pro legatis datur hypotheca. (f)

7. Et quidem assentes Domini accuratum

(a) Ut saepe firmavit Rot. & signanter in Anconitana Pecuniaria 10. Jun. 1720. §. *Agitur enim*, cor. bon. mem. de Marym. in Romana Cambii 14. Mart. 1711. §. *Validum*, cor. R. P. D. meo de Gamaches in Romana Pecuniaria 12. Jan. 1723. §. *Quod autem*, cor. bon. mem. Folcaro, & in Romana Pecuniaria 30. Jun. 1727. §. *Justitia*, cor. bon. mem. Cornelio.

(b) Ut probat litteralis text. in leg. *Qui sibi* 17. §. *Si nū, ff. de Legat. 1. ibi: Sed & si abstinuerit se hereditate, consequi cum hoc legato posse, constat, & consonat alter text. in leg. *Cum vespunio* 12. Cod. de Legat.*

(c) Ad tradita per Seacc. de Judic. lib. 1. cap. 2. num. 5. Pax Jordan. Lucubrat. Canonic. tom. 3. lib. 13. tit. 1. n. 6. Rot. in Augustana Canonica 12. Jan. 1703. §. *Explosa*, cor. bon. mem. Molines.

(d) Ex animadversis per Rot. decif. 12. & decif. 253. utrobique n. 1. & decif. 270. n. 5. post Zaul. de Obligat.

Cameral. decif. 712. n. 1. cor. Merlin. decif. 197. n. 10. cor. Cerr. decif. 277. n. 2. cor. clar. mem. Card. Caprar. decif. 18. n. 1. lib. 8. inter impres. ad ornat. Card. de Luc. in Mantif. tom. 3. in Spoleтана Pecuniaria 12. Dec. 1718. §. *Nec minus*, cor. bon. mem. Cerr. & in Hortan. seu Sabinen. Pecuniaria 7. Jun. 1726. §. *Constabat*, cor. R. P. D. meo de Gamaches.

(e) Ut admonet Rot. in Romana Pignorum 5. Mart. 1720. §. *Seposita*, cor. R. P. D. meo Corio in Veliterna *usufactu* super mandato de gerando 26. Jan. 1725. §. *Validitas*, cor. me, & in Romana Restitutiois animalium, & Pecuniaria 10. Februar. 1727. §. *Et quidem pariter*, cor. me.

(f) Ut per text. in leg. 1. Cod. *Communa* de Legat. annimter firmant Surd. conf. 209. n. 4. Cyriac. contro. 18. n. 5. Mantif. de Tacit. lib. 11. tit. 17. per tot. Merlin. de Pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 14. n. 12. Rot. decif. 541. num. 3. Part. 5. tom. 2. decif. 273. num. 3. part. 12. recent.

tum examen omnium creditorum ad Hortentiam testatricem spectantium, subsistere censuerunt primum creditum legitimæ ipsi debite in bonis Timothei Jun. patris: de jure namque civili, & nature omnibus filiis, aut masculis, aut feminis competit legitima portio ex parentum substantia. (g)

8. Quod profecto creditum legitimæ competentis Hortentia in bonis Timothei Jun. patris ultro agnoverunt, & comprobantur ipsi fratres de Ximenes, qui, occasione divisionis, ac distributionis eorumdem bonorum in instrumento transactionis desuper celebrato, expresse convenerunt, quod præservata remaneret legitima foribus assignanda, ibi: *Sub expressa declaratione, & præservatione, quod in primis, & ante omnia detrabatur eorumdem bonorum medietas ratione legitime libere, & absque onere fideicommissi, & substitutionis assignando ipsis DD. fratribus, & sororibus pro rata unicuique tangente, de qua ad eorum libitum disponere possint, &c.* ut proinde non possint amplius hodie controversare illud creditum, quod solemniter approbarunt, & ab ipsorum propria confessione resultat. (b)

9. Non relevante, quod præservatio legitimæ facta in transactione non fuerit pura & absoluta, sed potius conditionalis, ibi: *Quoties eadem legitima sit de jure, & non obstante paterna dispositione, debita, &c.* ut proinde, cum Timotheus Jun. communis pater hæredes suos æqualiter instituerit masculos, & feminas cum onere perpetui fideicommissi, ac insuper, feminis decedentibus, vel ante monachationem, & nuptias, vel etiam post nuptias sine filiis, substituerit masculos superstitibus absque ulla detractione, in hæreditate Hortentia computari non possit creditum legitimæ, obstitente præfata dispositione patris, ex qua eruitur, ipsum prohibere voluisse detractionem legitimæ, juxta firmata per Rot. in decis. 113. post Fenzen. ad Stat. Urbis.

10. Quandoquidem prædicta decisio 113. post Fenzen. ad Statuta Urbis, nil aliud firmat,

nisi quod filia dotata sub onere fideicommissi non possit disponere de dote recepta, quia dos vigore Statuti Urbis (f) non succedit loco legitimæ, ideoque gravari potest à patre, nec rejicitur gravamen; in præsentem autem hypothese non agitur de filiabus dotatis sub onere fideicommissi, sed de filiabus æqualiter institutis cum masculis, ea tantum conditione adjecta, quod quatenus ipsæ, vel ante monachationem & nuptias, vel etiam post nuptias decederent sine filiis, deberent succedere absque ulla detractione fratres superstitibus, quibus attentis circumstantiis, duplex occurrit examinanda inspectio: prima, nempe, an Timotheus Jun. pater gravare potuerit restitutionis onere legitimam filiarum: secunda vero, an eandem legitimam gravare voluerit onere prædicto.

11. Quod attinet ad primam inspectionem, non dabitur, quin pater possit fideicommissio subjicere dotem filia relictam, quando dos vigore statuti non succedit loco legitimæ (sed Statutum Urbis (j) disponens dotem dandam filiabus exclusim non succedere loco legitimæ, procedit solum in casu intestatæ successione, de qua loquitur, vel etiam in casu testamenti, quod sit conditum favore masculorum dumtaxat, coherentem ad idem Statutum, ex cuius dispositione feminæ reputantur pro extraneis, nec habent jura suitaris. (k)

12. Ideoque non est applicabile præsentem hypothese, in qua Timotheus pater in suo testamento exarato, non coherentem, sed difformiter, & adversative ad dictum Statutum, æqualiter instituit masculos & feminas, reliquit dotem filiabus monachandis titulo institutionis, & quod plus est, tam masculis, quam feminis non acquiescentibus ejus dispositioni deferri voluit solam legitimam: in his enim terminis, quemadmodum feminæ restituta dicuntur ad jura suitaris, & pleno jure consequi debent suam legitimam liberam, & immuncam à quocumque onere, vel fideicommissio, (l) 13. ita dotem relictam in testamento accipiunt jure legitimæ ipsi debite absque ulla onere, & lo-

cent. decis. 131. n. 4. post Pacific. de Salviano, decis. 74. n. 2. post Constant. ad Statut. Urbis, & in Romana fideicommissi 30. Mart. 1699. §. Præterea, cor. bon. mem. Molines.

(g) Ut disponunt aperti text. in leg. Quoniam in prioribus 32. & leg. Scimus 36. Cod. de inoffic. testam. cap. Raynaldus 16. & cap. Raynaldus 18. de Testam. & admonet Rot. decis. 14. sub n. 8. §. Minime, tit. 42. de Tutor. & Curator. cor. Emin. D. Gard. Falcon. tom. 3. in Spoletana Institutionis super detractionibus 21. Jan. 1724. §. Descendens, cor. R. P. D. meo Corio, & in Romana Pecuniaria, seu redditionis rationis 1. Decemb. 1727. §. Nullamque, cor. me.

(b) Ut alias dixit Rot. in Albanen. Legitima 19. April. 1720. §. Convenerunt, cor. bon. mem. Lancetta 19. Februar. 1725. §. Numerus item, cor. R. P. D. meo Corio, & 27. Februar. 1728. §. Et ob eundem, cor. me.

(c) Lib. 1. cap. 145.

(d) Diçt. lib. 1. cap. 145.

(e) Ut bene declarat Rot. diçt. decis. 113. §. Neque obstat post Fenzen. ad Stat. Urbis, decis. 36. n. 1. cum seqq. post Merlin. de Legitima, decis. 439. n. 7. cor. Roj. decis. 306. n. 22. cum seqq. Part. 6. decis. 112. n. 6. & decis. 309. n. part. 17. decis. 45. n. 8. part. 18. & decis. 137. n. 11. post Const. ad Stat. Urbis.

(f) Ut animadvertit Rot. decis. 449. n. 1. & per tot. Part.

locum sibi vindicat diversa ejusdem Statuti Urbis censure, (m) mandans dotem in testamento ascendentis relictam succedere loco legitimæ. (n)

Firmato igitur ex his, quod Timotheus pater legitimam filiarum subjicere non potuerit restitutioni oneri, postquam illas reintegravit ad jura suitaris, descendentes Domini ad examen secundæ inspectionis, censuerunt ex dispositione testamentaria patris nullatenus resultare, quod ipse prædicto restitutionis onere gravare voluerit legitimam filiarum; quamvis enim testator post æqualem institutionem filiorum masculorum, una cum filiabus, adjecerit favore masculorum sequentem substitutionem: *Morando qualcheuna delle figliole femine prima de maritarsi, ò monacarsi, e maritata senza figli, à quella, ò quelle sostituisco senza alcuna detrazione li miei figlioli maschi superstiti, &c.* 14. Nihilominus dicta verba, senza alcuna detrazione, cum possint congrue referri ad alias detractiones forsitan competituras, non inducunt prohibitionem detractionis legitimæ, qua privilegio juris, & natura munita sub generali sermone comprehendi nequit. (o)

15. Absque eo quod ad exclusionem crediti legitimæ competentis Hortentia obesse possit, quod ipsa nunquam petierit eandem legitimam, qua proinde, tanquam jus querendum absque petitione atque acceptatione, acquisita non fuerit ejus hæreditati; ultra quod enim non regit in casu, quod Hortentia non agnoverit jus legitimæ sibi debite in bonis patris, dum constat, quod judiciales promovit instantias, pro suorum jorum præservatione adversus fratres, qui successively in solemnem transactionem convenerunt expresse, detrahendam esse medietatem bonorum paternorum assignandam ipsis fratribus, & sororibus in causam legitimæ; adhuc obiectum celebrat in

jure, quia legitima separata dicitur ab asse hæreditario parentum ab ipso momento sequuti eorum obitus; & censetur translata in filium, ac de illius patrimonio effecta sine ulla facto petitionis, & agnitionis ejusdem filii, qui dummodo legitimam non repudiet, illam transmittit ad hæredes & creditores, quamvis toto tempore vite suæ taceat. (p)

16. Atque hinc nullius ponderis erat exceptio, quod legitima, tanquam jus querendum, non potuerit acquiri hæreditati Hortentia sine illius acceptatione ac petitione; id enim procedere possit, quatenus ageretur de transmissione hæreditatis, quia jus adendum, utpote consilens in simplici potentia, deserit solum, tanquam jus querendum, non autem, tanquam jus questum, in modum ut, aditione non sequuta, hæreditas non transmittatur, nec dicatur esse in bonis hæredis: diversa tamen ratio militat quoad legitimam, qua ob peculiare privilegium sibi à jure tributum, absque ulla facto legitimarii, post obitum parentum ipso jure detur ad filium, & de illius patrimonio efficitur. (q)

17. Subsistens pariter competum fuit secundum creditum competentis Hortentia in summa scut. 1000. super bonis Timothei Jun. patris, pro quota hæreditatis maternæ consistentis in dote scut. 8000. quam dictus Timotheus recepit à Hieronyma Galeotta uxore: certum enim est, quod eadem dos æqualiter dividenda erat inter octo filios superstitibus, qui de jure, sive sint masculi, sive feminæ, admittuntur pro virili ad intestatam successionem matris. (r)

18. Nec hujusmodi successioni debite Hortentia adversari poterat Statutum Urbis, quod (f) ad successionem intestatam matris admittit masculos tantum, exclusis feminis; quia sicuti statutum exclusivum non habet locum

Part. 4. Divers. decis. 134. num. 14. cum seqq. cor. Priol. decis. 112. n. 1. cum seqq. & decis. 309. n. 9. part. 17. Recent. & in Romana Dotium 25. Jun. 1708. §. Bafis, cor. bon. mem. Molines.

(m) In diçt. lib. 1. cap. 141.

(n) Ut egregie distinguendo unum casum ab alio probat eandem Rot. decis. 366. n. 3. & 4. par. Divers. diçt. decis. 134. n. 17. cor. Priol. decis. 10. num. 17. cum seqq. part. 15. decis. 100. n. 14. & 15. part. 16. decis. 76. n. 4. cum seqq. part. 17. Recent. & in diçt. Romana Dotium 25. Jun. 1708. §. Bafis, cor. bon. mem. Molines.

(o) Ut in puncto admonet Castald. consultat. 86. n. 9. Bonden. Colluct. Legal. 47. n. 247. & seqq. lib. 2. bon. mem. Ansaldo. in Addit. ad decis. 77. n. 79. & seqq. Rot. decis. 1886. n. 2. cor. Cocc. decis. 8. n. 5. & 6. & decis. 185. n. 22. cor. Cerr. & decis. 383. n. 19. part. 9. Recent.

(p) Juxta constantem Sac. Rotæ opinionem, de qua in decis. 320. n. 27. & seqq. cor. Bich. decis. 253. num. 24.

part. 15. recent. in Romana Immisionis 3. Decemb. 1714. §. Absque eo quod, cor. bon. mem. Lancetta in Romana Legitima 5. April. 1726. §. 4. cor. bon. mem. Cornelio, & in Romana Pecuniaria, seu redditionis rationis 1. Decemb. 1727. §. Adhuc, cor. me.

(q) Prout distinguendo inter hæreditatem, & legitimam, sedulo perpendit Rot. diçt. decis. 320. n. 27. cor. Bichio, decis. 668. n. 3. vers. Ex quibus, Part. 1. Divers. in Prænestina Fideicommissi super Detractionibus 16. Jun. 1719. §. Quinimo, cor. Rev. Crispo, & in Romana Pecuniaria, seu redditionis rationis 14. Jun. 1720. §. Iterum, cor. R. P. D. meo de Gamaches, & 1. Decemb. 1727. §. Et in hoc, cor. ram me.

(r) Ut disponit text. in leg. Maximam vitium 4. Cod. de Liberis præteritis. leg. penult. Cod. de Legit. hæred. §. Si vero, vers. Nullam, Auth. de Cleric. abintestat. venien.

(f) Lib. 1. cap. 145.

respectu Hortentiæ, quoad hereditatem Timothei patris, qui hæredes instituendo foeminas una cum masculis, eas reintegravit ad jura suarum, ita, nec potest habere locum, quoad hereditatem matris defunctæ ab intestato, (r) 19. & in præcis terminis consimilibus controversiæ adversus Timotheum jun, qui excludere satagebat Juliam sororem in successione communis matris, alias dixit Rota. (z)

Postremum denique creditum Hortentiæ consistens in alimentis decursis, & non solutis, pro quibus Judex primæ instantiæ mandavit exequi mandatum super fructibus bonorum hereditarium Timothei jun. nullam dubietatem præ se ferebat, nedum attentio judicis Rev. P. D. mei Aldrovandi, qui favore ipsius Hortentiæ in Tribunali A. C. relaxavit mandatum pro scutis 15. mensuris, verum etiam, inspecta literali obligatione assumpta in instrumento transactionis per Petrum Paulum Primogenitum, qui sese in forma Camera obstrinxit ad præstandum congrua alimentum Hortentiæ, ac Margaritæ sororibus, & Hieronymæ filia.

20. Quidquam non officiente, quod Hortentiæ, quamdiu permansit in Monasterio Beate Mariæ Virginum, consecuta fuerit alimentum vigore legati per Timotheum sen. relicti, ut propterea nomine ipsius Hortentiæ aliunde provivæ non possint hodie peti alimenta præterita, quandoquidem res est de mensuris præstationibus debitis *jure actionis*, videlicet ex decreto Judicis, & ex obligatione suscepta in transactione per Petrum Paulum Primogenitum, prout in terminis alimentorum, quæ taxata fuerunt *ex decreto Judicis*, firmat Rota; (x) & in proposito alimentorum, quæ fuerunt promissa in concordia pondera eadem Rota. (y)

22. Quoties autem alimenta debentur, & peti possunt *jure actionis*, illorum consequutio retardari non valet sub obrentu, quod agatur de alimentis præteritis, & quod alimentarius fuerit aliunde provivus, ad differentiam casus in quo alimenta ex sola *dispositione juris*, vel *officio Judicis* essent debita, ut per text. in leg. *Libertis* l. 8. §. *Manumissis*, ff. de *Alim.* &

(r) Ut firmat Constant. ad Statut. Urb. annotat. 39.

art. 2. n. 107. cum seqq. & n. 106.

(z) Decis. 577. n. 3. cum seqq. & sub n. 14. §. *Quod dicitur*, cor. Dunoze. Jun.

(x) Decis. 350. n. 26. cor. Bichio.

(y) Decis. 477. n. 3. cor. clar. mem. Card. Caprar.

(z) De Aliment. tit. 1. quest. 32. n. 40. Rot. decis. 103. n. 1. Part. 2. Diversi. decis. 398. n. 25. part. 3. tom. 2. recent. in Romana *Dois* super *Alimentis* 4. Decemb. 1697. §. *Et quantum*, cor. bon. mem. Lancetta in Romana *Pecunia* 20. Februar. 1699. §. *Quibus tutela*, cor. bon.

lib. legat. fecerunt unum casum ab alio, quoad alimenta præterita considerat *Surdus*; (z) 23. ubi quod præstationes non exactæ, sed maturatæ transmittuntur etiam ad hæredes alimentarii, & in *Ferrarii. Alimentor.* & *Dotium* super *Alimentis præteritis*, (a) & expendendo qualitatem alimentarii divitis, & aliunde habentis, unde vivere, firmat *Surdus*. (b)

Non attenta responsione, quod Hortentiæ satisfacta remanserit de mensuris præstationibus per totum annum MDCCXXII. & sic usque ad ejus obitum, qui venit sub initio anni MDCCXXIII. ut justificari prætendebatur ex ipsius receptura verbis illis concepta: *Ho ricevuto, &c. scudi 76. 89. moneta, quali sono per resto di tutto, ciò che disse egli haver esatto fino al presente giorno per conto della mia portione degli effetti ereditarii de' beni paterni spettanti in comune con tutti gli altri miei fratelli, e me ne chiamo contenta, &c. sodisfatta, questo die VII. Decemb. MDCCXXII. Ortesia Ximenes*, quoniam verba prædicta, *quali sono per resto di tutto, ciò che disse egli haver esatto fino al presente giorno per conto della mia portione, &c.* contenta in receptura, quæ de cætero non fuit in actis exhibita, probant quidem solutionem pecuniarum usque tunc exactarum in causam portionis Hortentiæ, sed non excludunt ejus creditum pro aliis præstationibus non solutis, nec important solutionem, & quietantiam finalem omnium præstationum decursarum; ideoque hujusmodi exceptio non pertinet ad substantiam crediti Hortentiæ, seu ad justitiam vel injustitiam mandati, de qua hodie agitur; sed solum respicit ejusdem crediti liquidationem, de qua, facto calculo super legitimis quietantiis, habenda erit ratio in executione judicatis.

Et ita, omisiss reliquis objectis minoris ponderis, & utraque parte audita, resolutum fuit.

mem. Molinès. mem. n. 3. cor. clar. mem. Card. Caprar.

(a) 26. Jun. 1720. §. *Etiam*, cor. bon. mem. Lancetta.

(b) De Alim. tit. 7. quest. 15. n. 27. Michalor. de Frat. Part. 3. cap. 32. n. 24. in fin. Adden. ad Burate. decis. 705. n. 9. Rot. decis. 402. n. 11. & 12. cor. Coec. decis. 502. n. 3. cor. Dunoze. Jun. decis. 1137. n. 26. cor. Emerix Jun. decis. 55. n. 3. part. 8. decis. 442. n. 6. & 7. part. 14. decis. 664. n. 4. part. 18. tom. 2. decis. 539. n. 4. part. 19. tom. 2. recent. & in Auximiana *Alimentorum* 5. Decemb. 1696. §. *Ex relatis*, cor. bon. mem. Muto.

1696. §. *Ex relatis*, cor. bon. mem. Muto.

R. P. D. ROUAULT DE GAMACHES.

ROMANA SALVIANI.

Veneris 26. Feb. 1723.

ARGUMENTUM.

Census fideicommissarius electus in legitima solutionem evadit liber. Tertius solvens propriis pecuniis debitum alterius, sine expressa cessione jurium, acquirit solam actionem negotiorum gestorum contra debitorem. Onus investiendi pecunias removet periculum dispersionis.

SUMMARIUM.

- 1 **S**alvianum denegatur, non probato ab Actore credito cum hypotheca.
- 2 **Census** electus pro detractioe legitime, de fideicommissario liber evadit.
- 3 **Dimittens** debitum alterius ex propriis pecuniis sine cessione jurium, ista non acquirit, sed solam actionem negotiorum gestorum contra debitorem, ejusque hereditatem.
- 4 **Cessio** crediti extincti nulla est.
- 5 **Frater** gerens negotium utile ceteris fratribus, contra illos acquirit actionem personalem.
- 6 **Non** vero hypothecariam exercibilem contra tertium.
- 7 **Heres** tenetur ad debita defuncti.
- 8 **Cessio** reportata a debitore, dicitur extinctiva.
- 9 **Heres** beneficiarius agens contra factum auctoris, tenetur demonstrare, se nihil habere ex illius hereditate.
- 10 **Alias**, non bene dimissa hereditate per legitimam redditionem rationis, non distinguitur ab herede simpliciter.
- 11 **Pecunias** ex obligatione restituendi prioribus, & posterioribus censentur extare in patrimonio debitoris.
- 12 **Onus** investiendi pecunias removet periculum dispersionis.
- 13 **Cessio** extinctiva reportata ab herede debitoris, dat illi actionem negotiorum gestorum contra cohæredes, non vero actionem exercibilem contra tertios.

(a) Rota decis. 26. n. 2. & seqq. part. 19. recent. in Romana *Immunitatis* 27. April. 1714. §. *Resolutiois*, cor. R.

DECISIO XXIV.

UT finis imponeretur triangulari controversiæ diu agitata super censu in sorte sc. 450. proveniente ab hereditate Faustini Cordeschi, ac reperto in patrimonio Faustinae ejus filia, ad quem aspirabant ex una parte Antonius de Pinto, & Camilla Montana, tanquam successores in fideicommissio per Faustinum instituti, ex alia Stephanus Scopacci, & Anna Rosina conjuges, uti donarii censuum, & bonorum Faustinae in Terra, & Comitatu Nursia existentium, ac demum ex altera Dominica Garzina, quæ nondum consecuta fuerat satisfactionem sc. 1000. sibi legatorum à Bartholomæo patre, nec illam facile consequi posse sperabat, nisi postquam conjuges de Scopacci pacificam consecuti essent possessionem prædicti census, ideo eadem Garzina, prævia solutione sc. 350. reportavit ab illis del Pinto, & Montanis cessionem jurium eis competentium super hoc censu: & deinde eundem censum obtulit conjugibus de Scopacci, qui, licet diu impugnaverint judicialiter censum acceptate, tamen devenerunt cum Garzina ad concordiam, in qua acceptarunt censum antea ipsis oblatum, & jura cedentes Garzina, fecerunt illi finalem liberationem, seu quietantiam.

Rebus ita compositis, obtinuit primo memorata Garzina optatam satisfactionem sui legati ex bonis Bartholomæi patris, ac deinde putans ex juribus sibi celsis, tam ab illis de Pinto, & Montanis, quam à Scopacci sese pro forte, & fructibus narrati census evasisse creditricem hereditatis Faustinae Cordesche, immisionem petiit in vim *Salviani interdichi* ad tria loca monum provenientia ab hereditate d. Faustinae, & modo possessa per Luciam Stephanii: ac sicuti actrix succubuit in prima instantia coram A. C. Cincio, ita in hodierna Audientia, proposito dubio, an sit danda *immisio*, rejecta fuit illius petitio, per *negativum responsum*.

1. Cum enim neutrum ex instrumentis cessionis, quam retulit Garzina, primo ab illis de Pinto, & Montanis, & deinde à conjugibus de Scopacci, importare videretur creditum cum hypotheca, ea propter ejusdem instantiæ exaudiri non meruit, ex defectu notissimi extremi pro alienanda immisione in Salviano judicio necessarii. (a)

2. Et sane ordiendò à priori cessione ex-

po.

P. D. meo Cerro in Laureana *Salviani* 2. Decemb. 1718. §. *Quæ & β*, cor. Ansd. & in Ariminensi *Salviani* 7. Mart. 1721.

posita à Pinto, & Montanis, censuit Tribunal, non suffragari Garzinæ, sive uti velit iuribus census, qui cessus fuit, sive iuribus, quæ pro reintegratione fideicommissi à Faustino Cordescho instituti competeant cedentibus; namque respectu census, etsi fuerit semel atque iterum cor. clar. mem. Card. Caprara reparatus fideicommissarius, (b) tamen; postea factio melius elucidat cor. Emin. Scotto, fuit sub die XX. Martii MDCCXIII. & XXVII. Januarii MDCCXV. agnitionum, firmatumque in successivis decisionibus, quod census non esset amplius fideicommissarius, utpote egressus à vinculo fideicommissi, mediante electione in causam legitimam facta à Faustina hærede gravata, statim ac de illo disposuit favore conjugum de Scopacciis. (c)

3. Quod atinet ad reintegrationem fideicommissi, Domini animadverterunt, in instrumento illos de Pinto, & Montanis non cessisse Garzinæ jus, quod habere potuissent pro reintegratione fideicommissi Faustini Cordeschi, sed solum retrocessisse, & vendidisse eidem Garzinæ jura d. census in sorte sc. 450. una cum ejus fructibus; unde clare dignoscitur, Garzinam sine hujusmodi cessione agere nullo modo posse contra tertios possessores, nam quatenus, ut prætendebat Garzina, substitueret, quod eo tempore cedentes esset adhuc creditoris hæreditatis Faustinae hæredis gravatæ pro reintegratione fideicommissi, & insuper etiam substitueret, quod Garzina de propriis pecuniis solvisset hoc debitum hæredum Faustinae; adhuc nihilominus, sine expressa cessione non successisset in jus pignoris, & hypothecæ ipsam substituitis competens, sed solum acquiritur actionem negotiorum gestorum contra hæreditatem Faustinae debitoris. (d)

4. Sed hoc amplius illi de Pinto, & Montani nequibant cedere creditum pro reintegratione fideicommissi, quoniam creditum hujus reintegrationis, juxta præallegatas decisiones cor. cl. Card. Caprara evulgatas, & rem judicatam nostri S. Auditorii, non excedebat summam sc. 1458. cumque Angelus Matthæus, & Joann. Andreas fratres de Garzinis ex persona Bartholomæi patris hæredes mediati Faustinae, quæ bona fideicommissaria alienaverat,

jam solvissent in eam causam sc. 1008. & ulterius favore dictorum vocatorum dimississent anno 1702. censum sc. 450. exinde deprehenditur, substitutis fuisse de d. summa sc. 1458. integre satisfactum anno 1713. quo hæc cessionem fecerunt Garzinæ; si autem de tempore cessionis creditum pro reintegratione fideicommissi erat extinctum, liquido patet, cedentes non potuisse transferre in cessionarium creditum non existens, & actionem eo tempore sibi non competentem. (e)

Quin obstat, quod censum è manibus fideicommissariorum advocare, quodcumque valuissent conjuges de Scopacciis: etenim, licet potuissent d. conjuges agere pro vindicatione hujus census, tanquam cadentis sub donatione erga illos facta à Faustina, tamen, ut in facto constabat, utilius putarunt agere contra bona Bartholomæi Garzini hæredis Faustinae donantis, ad damna & interesse, solumque coacti fuerunt à nostro Tribunali eundem censum recipere, quando Garzina transitive redemit hunc censum à Montanis, & Pinto, eumque subinde judicialiter obtulit conjugibus de Scopacciis.

5. Unde eo magis confirmabatur, quod Garzina, tam acquirendo censum, quam illum deinde exhibendo Scopacciis, nihil aliud egit, quam liberare hæreditatem Bartholomæi patris, ut ex eadem posset facilius consequi residuum legati scut. 1000. sibi à patre relicti, & gerere negotium utile suis fratribus, indeque nihil aliud sibi querere potuit, quam actionem simpliciter personalem contra illos: (f) 6. minime vero hypothecariam, atque exercibilem contra tertium, & singularem possessorem, qualis est Lucia hodierna possessrix locorum montium, de quibus agitur. (g)

7. Insuper autem, ad effectum acquirendi censum sæpeditum, docebatur, Garzinam detraxisse tria loca montium cum dimidio, quæ comparata fuerant ex pretio bonorum hæreditariorum Bartholomæi sibi in scut. 590. 30. consignato vigore mandati à R. P. D. meo Cerro, uti Judice tunc à Curia Gubernii deputato, relaxati. Quamobrem, cum idem Bartholomæus fuisset hæres universalis Faustinae, & per consequens obligatus solvere debita ejusdem,

dem, (b) quorum unum erat illud sc. 450. debitorum illis de Pinto, & Montanis ex causa reintegrationis fideicommissi in eis purificati, perinde est, ac si solutio facta fuisset ex ipsamet substantia Faustinae: 8. in quibus terminis cæso solvitur in meram liberationem, seu quietantiam, neque locus est subingressui in locum creditoris dimissi, immo istius jura efficaciter non transferuntur, sed extinguuntur, etiam si realis illorum cæso intervenerit. (j)

Non obstante, quod Bartholomæus adiverit hæreditatem Faustinae cum beneficio legis, & inventarii, sub quo prætextu contendeatur esse immunis ab onere solvendi de proprio debita illius, nisi præmissis solitis citationibus ad reddendam rationem, eaque non bene reddi comperiat; siquidem objectio procederet, si Garzina esset rea, quæ ad tuendum bona Bartholomæi à creditore Faustinae exciperet de redditione rationis, priusquam pro debito Faustinae Bartholomæus in bonis suis condemnaretur; secus autem in hypotheci nostra, in qua Garzina stat in judicio in qualitate actricis, petendo immisionem super locis montium possessis à Lucia, uti tertia persona.

9. In hoc enim casu incumbit ei onus demonstrandi, quod Bartholomæus nihil haberet in manibus, aut in sua hæreditate reliquerit de bonis Faustinae: (j) 10. alias, non bene dimissa per legitimam redditionem rationis qualitate hæreditaria à d. Bartholomæo respectu Faustinae, prout observat Rota, (k) actiones dicuntur confusæ, & Bartholomæus nullam distinctionem meretur ab hærede simplici. (l)

11. Ut etiam non profuit replicatio, quod saltem Garzina non sit hæres Bartholomæi, imo jure legati potuerit summam exactam libero domini jure adipisci: resistit enim huic prætensioni qualitas judicii, nempe concursus, in quo pecunias Garzina obtinuit, unde resultat pecunias non aliter consignari, aut recipi potuisse, quam cum solita obligatione restituendi prioribus, & posterioribus, cujus virtute censentur extare in patrimonio debitoris, velut

depositæ penes Garzinam consignatariam. (m) 12. Et quamquam Garzina, prout ceteris, appositum non fuerit vinculum cautionis restituendi prioribus, & posterioribus, fuit tamen injunctum onus investendi pecunias consignatas in locis montium, quæ remaneret vinculata pro securitate suæ dotis, ad formam legati ei à Bartholomæo patre relicti, quæ cautela, cum removeat periculum dispendii, æquivalere existimata est alii cuicumque cautioni in concursibus necessario præstandæ. (n)

13. Hæcenus de cessione illorum de Pinto, & Montanis: transendo nunc ad alteram, quam Garzina curavit à conjugibus de Scopacciis, hæc pari irrelevantia laborare judicata est, quoniam hi nullum habebant creditum pecuniarium contra hæreditatem Faustinae, sed virtute donationis habebant dumtaxat jus consequendi præarratum censum sc. 450. sub donatione comprehensum: itaque, cum fuerint dimissi, mediante assignatione ejusdem census, & consignatione sc. 113. provenientium à pretio bonorum ipsius Faustinae donantis, & debitoris, manifestum est, ipsis ita plene satisfactum fuisse, & per consequens cessionem ab illis factam Garzinæ solvi in simplicem liberationem, quæ, tamen actionem negotiorum gestorum parere possit, ad effectum cam experiendi contra fratres Garzinos, quibus dimissio conjugum de Scopacciis attulit utilitatem, tamen nihil juvat similem cessionarium ad effectum agendi contra tertios possessores, ut est Lucia. (o)

Et ita unica, &c.

R. P. D. C E R R O.

TOLETANA DECIMARUM SUPER
bono jure.

Veneris 15. Januar. 1723.

A R G U M E N T U M.
Archiepiscopus Toletanus est decimator univer-

1721. §. Constitit, & per tot. cor. Rever. D. meo Lancetta Decano.

(b) Ut in ejus decisionibus editis in Romana Fideicommissi, die 27. Jun. 1698. & 16. Jun. 1702.

(c) Leg. Marcellus, §. Res qua, ff. Ad Trebell. Rot. in Romana, seu Sabinen. Bonorum 27. Jun. 1721. §. Altera, cor. R. P. D. meo Falcon.

(d) Ut per text. in leg. Debitoris, ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. &c. bene distinguendo firmat Olea de Celsion. jur.

tit. 4. quæst. 1. n. 18.

(e) Juxta regulam text. in leg. Nemo, ff. de Reg. jur. leg. Si nomen, ff. de Hæred. vel ass. v. d. Olea de Cels. jur. tit. 7. quæst. 1. n. 2. Rot. cor. fa. me. Alexand. VIII. decif. 129. n. 11. & in recent. decif. 87. n. 2. part. 16.

(f) Leg. Negotis, Cod. de Negot. gest.

(g) Crav. cons. 12. n. 7. Cenc. de Censib. seq. 96. n. 32. & seq. Rot. post Pacif. de Salvia. inserat. decif. 178. n. 20. & seq. & decif. 260. p. 11.

(b) Rot. cor. Ludovif. decif. 442. num. 3. cor. Cerr. decif. 241. n. 22. & in recent. decif. 207. n. 9. part. 19.

(j) Olea de Celsion. jur. tit. 4. quæst. 1. n. 4. vers. Et in eo, Rot. post Cenc. de Censib. decif. 105. num. 1. cor. Gregor. decif. 68. n. 5. cor. Benincal. decif. 205. n. 3.

(k) Decif. in leg. Ex qua persona, n. 2. vers. Et quod dictum est, ff. de Reg. jur. Rot. cor. Ludov. decif. 218. n. 6. & post Constant. decif. 202. n. 66. cum duob. seqq.

(l) In Romana Pecuniaria 20. Mart. 1713. §. fin. cor. Emin. Scotto.

(m) Rot. in Anconitana, seu Recineten. Cautela Angeli super restitutione in integrum 26. Februar. 1712. §. Injustitia, cor. Rev. Aldrovand. in Forecomproien. legatorum super reintegratione 18. Aprilis dict. ann. §. fin. cor. eod. & in Recineten. Pecuniaria 10. Jan. 1715. §. Inventarium,

cor. Emin. Scotto.

(n) Salgad. Labyr. cred. Part. 1. cap. 10. n. 64. & 69. Card. de Luc. de Credit. disc. 2. n. 8. & discurs. 52. n. 5. & 6. Rot. decif. 40. n. 56. part. 9. & decif. 48. num. 16. part. 19. recent. in Auximiana reintegrationis 22. Jun. 1714. §. Vana, cor. R. P. D. meo Cerro.

(o) Rota in Romana liberationis à molestis 5. Dec. 1710. §. Quoniam, cor. Rever. P. D. meo Aldrovand.

(p) Leg. Nulla, ff. de Solut. Cardin. de Luc. de Credit. disc. 48. n. 3. Amat. Variar. Resolut. Part. 1. resol. 7. n. 7. & seqq. Peregrin. de Fideicom. art. 52. n. 34. Rot. cor. Gregor. decif. 98. n. 4. & 5. cor. Priol. decif. 353. n. 2. & seq. cor. Benincal. decif. 205. n. 3. & decif. 196. n. 20. part. 18. recent.

versalis in sua Diocesi. Rejicitur prætenfa exemptio ex quo probatum non fuit fundamentum apertæ immemorabilis.

S U M M A R I U M.

- 1 Archiepiscopus Toletanus est decimator universalis in sua Diocesi.
- 2 Exemptio à decimis est probanda.
- 3 Immemorabilis tantum habet in potentia, quantum in actu.
- 4 Exorbitans esset, quod Monasterium mutando modum cultura, & omnia bona propriis sumptibus colendo, decimatorem fraudaret.
- 5 Exemptio à solutione decimarum argui non potest ex libertate non solvendi verificata, modo in uno, modo in altero prædio.
- 6 Distinctio bonorum necessaria est, ut de exemptione cujuslibet ab immemorabili determinanda disputetur.
- 7 Privilegium exemptivum à decimis non afficit bona futura, si de illis specialem mentionem non faciat.
- 8 Unius Territorii exemptio non extenditur ad aliud.
- 9 Exponuntur requisita glos. in cap. i. verb. Memoria, de Præscrip. in 6.
- 10 Testes negativam non coarctantes, sed potius excludentes exemptionem sub fundamentum immemorabilis allegant, non probant.
- 11 Immemorabilis destruitur ex quolibet rumore in contrarium.
- 12 Fortius, ab actibus positivis, & publicis.
- 13 Cessat, confitio de initio.
- 14 Fama necessaria ad immemorabilem respectu debet tempus transactum.
- 15 Confitio de immemorabili libertate quoad certa prædia, exemptio à decimis quoad ipsa admittenda est.
- 16 Testes examinati in judicio possessorio probant etiam in petitorio.
- 17 Decima solvenda pro animalibus, licet sint mixta, ad juris effectum prædiales reputantur.
- 18 Expensis de jure debentur.
- 19 Loco istarum consuetudo induxit decimas animalium.
- 20 Ista sunt fructus prædii.
- 21 Dicantur pars prædii, quod depascantur.

(a) De quo text. in can. Constitutum 16. quæst. 1. & Rot. decif. 466. sub n. 8. part. 19. tom. 1. recent. cum aliis allegatis in decisionibus causæ, tam cor. R. P. D. meo Fofcaro, quam coram me emanatis.

(b) Ad text. in cap. Præsentia, de Probat. Rot. inter impres. ad ornat. Card. de Luc. decif. 15. num. 5. lib. 14. tom. 2. & in Constantiæ. Decimarum 4. Jul. 1696. §. Orta,

22 Exemptio præscripta in antiquis fructibus competit, aliis novissime in eodem Territorio introductis.

23 Talis extensio prohibita non est, cum versetur circa species fructuum ejusdem Territorii exempti, in quibus æqualis est conditio, & determinatio.

24 Sententia Judicis declaratur ex actis.

25 Exemptio competens in certo Territorio, & possessa super antiquis fructibus, transit super aliis isdem subrogatis.

D E C I S I O XXV.

Obtinuerant Sanctimoniales Divi Domini Toleti, ut iterum audiri possent adversus decisionem coram me prodatam die XXVI. Junii anni proxime præteriti, & proinde reposita hodie causa, Domini in decisio persisterunt, sed juxta modum in præfenti decisione exprimentum.

1. Denuo enim approbarunt jus Rev. Archiepiscopi circa exactionem decimarum ex omnibus bonis amplissima illius Diocesis: (a) unde promanat, ut Monasterium S. Dominici, pugnando contra hanc universalem causam, exemptionem à decimis sibi asserere non possit pro illis bonis, quæ propriis expensis colit, nisi illam innoxiam probet justo titulo, qui aptus sit contraponi juris assensientia, quam habet Archiepiscopus. (b)

2. Talem vero præstare non potest in præfens immemorabilis consuetudo non solvendi decimas pro bonis propriis sumptibus à Monialibus excultis, super qua unice insitebant defensores Monasterii, nam, cum exemptio in medium proferatur quoad pleraque bona à Monasterio possessa, & præfice quoad novem diversa Territoria, probatio immemorabilis ad hujusmodi effectum constans & specifica esse deberet, respectu omnium corporum terrarum, pro quibus Monasterium excutere tenta, onus decimarum cum individua expressione ut semper in illis cultura exercita fuerit expensis Monasterii, & nunquam ab immemorabili soluta fuerint decimæ: 3. nec fieri potest extensio ab una specie bonorum ad alteram, cum etiam in materia immemorabilis locum obtineat regula: tantum præscriptum, quantum possessum: (c) 4. alias enim nimium exor-

cor. clar. mem. Card. Priol.

(c) Prout dixit Rot. in Calagurritana Decimarum de Ochon. 5. Maii 1683. §. Hinc sequitur, cor. Guaxardo, & in Pamplon. Decimarum 18. Mart. 1703. §. Retentis, & §. Iustitiae, cor. bon. mem. Muto, & in Calagurritana Decimarum S. Petri Manriquez 12. Mart. 1697. §. Nec prædicia, cor. bon. mem. Molinés.

exorbitans esset, quod Monasterium, mutando modum cultura, & omniaque bona propriis sumptibus colendo, privare possit Archiepiscopum illis decimis, quæ ulque adhuc exigit. (d)

5. Hujusce autem nature nequaquam sunt probationes à Monasterio adductæ si enim sermo sit de testibus examinatis anno MDCCXXII. hi testimonium suum restinxerunt ad prædia Perobquez, & Urtada, à quibus ex supra notatis non licet arguere ad cætera prædia à Monasterio possessa; si vero agendum est de testibus in præfenti judicio receptis anno MDCCV. omnes illi consilium deponunt, nec immemorabilem consuetudinem non solvendi decimas coarctant ad certa, & determinata loca propriis sumptibus à Monasterio culta, imo potius asserunt, aliqua bona, partim locata fuisse, partim propriis sumptibus Monasterii exculta, & sic aliquando decimationi obnoxia existit, aliquando non; in qua sane circumstantia non exurgit probatio exemptionis certi fundi, quæ erui nequaquam potest ex actibus discontinuis & interruptis, & ex assera libertate, modo unius, modo alterius prædii: (e) 6. sed ad complendam talem probationem, necessarium est, ut fiat fregatio, & distinctio bonorum, ad hoc ut judicium efformari possit de exemptione cujusque prædii ab immemorabili stabili. (f)

7. Atque magis præfice attingendo dicta testium, & in specie quoad duo Territoria de Olias & Magan, ex illis constat Moniales quamplura terrarum corpora coemisse intra tempus memoræ testium, illaque antiquis possessionibus adjunxisse, pro quibus sane obtendere non valent exemptionem in vim immemorabilis, sed bona in Monasterium transisse, dicendum est, cum onere suo, nam ad effectum eximendi à decimis bona in futurum quaerenda, inefficax non solum est privilegium præ-

sumptum ab immemorabili exurgens, sed & etiam privilegium verum, nisi præfice mentionem faciat bonorum acquirendorum: (g) quo vero ad cæteras terras, testes asserunt aliquam illarum partem, seu partem fuisse cultam à Monasterio, reliquas in affidum tradidas diversis arrendatariis, juxta depositiones unius ex testibus, ibi: Nelli quali da quaranta anni in qua lui testimonio ha visto lavorarli, e coltivarli dal detto Monasterio à sue spese in un'anno un pezzo, & in un' altro piu, & in altri meno senza lasciare di lavorare, e coltivare in alcuno di loro in fino ad oggi, e gli altri gli'anno tenuto, e tengono in affitto abitanti di questo luogo; & alterius testis: Sempre ha visto lavorare, e coltivare à sue spese parte di detti Terreni, & anno tenuti gli altri insieme con quelli d' Adeguela in affitto diversi abitanti di questo luogo.

8. In his autem terminis cum exclusa remaneat identitas prædiorum, in quibus verificari valeat præscriptio, & radices figere potuerit immemorabilis possessio, non potest Monasterium, explendo culturam propriis sumptibus totius Territorii exemptionem prætere, qua via certo certius plenarium tibi pareret exemptionem super istis prædiis, in quibus nulla cadit immemorabilis, & assensientia juris militat pro Archiepiscopo. (h)

9. Sed in universum quoad omnia corpora terrarum testes deficiunt in requisitis ad probationem immemorabilis, ut etiam probavit præterita mea decisio hujus causæ, §. Quoniam: nullus enim deponit, juxta methodum traditam à Glossa, (i) quod scilicet ex bonis, de quibus agitur, nullquam viderint, aut audiverint solutas fuisse decimas, quodque id nec etiam audiverint à majoribus, nec iridem illi ab aliis majoribus, & rursus, quod præfata solutio fieri nequivisset, quin ipsi scivissent. (j)

10. Quin potius aliqui ex præfatis testibus

(d) Ad tradita per Rot. cor. Bich. decif. 322. n. 8. & in recent. decif. 323. n. 3. part. 18. & in nulloius Tudela, seu Tiralonæ. Decimarum super Kenisforia 9. Jun. 1698. §. Relevancia, cor. clar. mem. Card. Caprar. & 3. Jul. 1702. §. Ita, ut cor. clar. mem. Card. de Tremouille.

(e) Ut docet Felin. in cap. Audis, n. 9. verfi. Caterum, & n. 10. cum seqq. de Præscrip. Formosin. in cap. cum contingat, de Fur. compet. quæst. 2. n. 14. Posth. de Manut. oblierv. 73. n. 177. Rot. decif. 688. n. 11. part. 18. recent. cor. Bich. decif. 528. n. 14. cor. Carill. decif. 44. n. 16. & cor. Merlin. decif. 434. n. 15. & 16.

(f) Ut in puncto firmant Vamelf. conf. 443. n. 2. Rot. decif. 402. n. 3. & 4. cor. Buratto, & in Pamplon. Decimarum 11. Maii 1703. §. Retentis, cor. bon. mem. Muto, & in suis addit. ad decif. 78. n. 63. bon. mem. Anald. nostri Ordinis Decanus.

(g) Et text. in Clem. 1. in fin. de censib. Card. de Luc. de Regal. dif. 1. n. 44. Rebuff. de Decim. quæst. 14. n. 16.

Barool. de Paroch. Part. 3. cap. 18. n. 37. Pignat. consil. 8. n. 20. & seqq. tom. 8. Rota in Calagurritana Decimarum 27. Jun. 1712. §. Neutiquam, cor. Rev. D. meo Archiep. Neocæsariensis, & in Hilsalen. Decimarum 13. Februar. 1713. §. Quin ad evit. cor. Emin. Scott.

(h) Ad animadvertenda per Hostien. in cap. Commissam, n. 2. de Decimis, Abb. in cap. cum in sua, n. 13. & 14. cod. tit. Vamelf. conf. 442. n. 2. Rot. decif. 401. n. 3. & 4. cor. Buratt. & in recent. decif. 22. n. 10. p. 10. & in Burgen. Decimarum de Velorado 26. Februar. 1714. §. Neque, cor. Rever. D. Archiep. Ravennaten.

(i) In cap. 1. verb. Memoria, de Præscrip. in 6.

(j) Ut explicat Adde. ad Buratt. decif. 673. n. 6. Rot. decif. 458. n. 2. cor. Pampl. decif. 15. n. 4. & 6. cor. Orthobon. decif. 33. n. 6. cor. Emerix Jun. & decif. 96. n. 15. & 16. part. 17. recent. & post Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. decif. 18. n. 12.

eandem negativam excludunt, asserendo contingere potuisse, ut Ministri Archiepiscopatus decimas petierint, & exegerint, absque eo quod ipsi illi sciverint, quapropter, si verum est testes in hac materia attendendos non esse, nisi negativam coarctent, eo minus attendi debebunt, quatenus eandem negativam excludant: (k) 11. eoque fortius, cum specificè deponant de conquisitionibus Archiepiscopi, qui ad exigendas decimas ex bonis, de quibus agitur, processerant per censuras contra Monasterium, unde elisa remanet immemorabilis, quam, si proterere potest simplex & nudus rumor in contrarium, (l) 12. multo magis id operari valent facta positiva, actusque adeo vehementes, ut sunt illi conminationis censurarum. (m)

13. Præterea iidem testes excludere videntur substantiale fundamentum immemorabilis, indicando principium, quod prædia coeperint coli expensis Monasterii intra tempus triginta, vel quadraginta annorum, quæ sane memoria recentis initii non attingentis centenariam, cessare facit immemorabilem; (n) sed & etiam nil deposuerunt super publica voce, & fama quoad tempus præteritum, hanc dumtaxat asserendo per verbum *est* relativum ad tempus præsens: 14. & tamen fama, quæ comprobare valeat immemorabilem, respicere potius debet transactum. (o)

15. Descendendo nunc ad explicationem modi, quo Domini præcedentem resolutionem approbarunt, ille est, ut Moniales exemptione à decimis frui debeant quoad territoria, seu tenuras nuncupatas, *Perobezquez*, & *Urtada* propriis earum sumptibus exculsa: siquidem quoad ea, visum fuit plenissimam immemorabilis consuetudinis probationem resultare ex testimonio quamplurimum testium examinatorum anno MDCXLL. in lite acta inter mensam Archiepiscopalem, & Monasterium S. Dominici, in qua uno ore præfati testes articulatum

exemptionem à decimis professi sunt, iuxta eorum memoriam triginta, quadraginta, atque etiam sexaginta annorum cum omnibus requisitis auditus, fame, nullius in contrarium rumoris, cæterisque ad probationem immemorabilis conducentibus, quæ sane admittit probationem, dicendum est Monasterio quæsitum fuisse jus, ut firmiter super iisdem corporibus allegare possit exemptionem à controversis decimis. (p)

Quin reticari valeat probatio ex dictis testibus resultans, ex eo quod tunc actum fuerit in iudicio possessorio, in quo testes fuerunt examinati, proindeque æquum non sit, ut ex eisdem probationibus regulam sumat iudicium plenarium, in quo velamur: quandoquidem cum Moniales fuissent in jus vocatæ à Promotore Fiscalis Curie Metropolitanae pro exactione decimarum lanæ, casei, ac agnorum provenientium ex grege, quem novissime introduxerant in territoria de *Perobezquez*, & *Urtada*, dictæque Moniales opposuerint consuetudinem immemorabilem non solvendi decimas ex quibuscumque fructibus, quos in iisdem prædiis propriis sumptibus exculsis colligebant, Iudex per decretum eas admisit ad probationem, Moniales vero in termino probatorio produxerunt articulos super eadem immemorabili, qui citata parte fuerunt ab ipso Iudice admitti, prout etiam citata parte completa fuit probatio per examen testium.

16. Quapropter licet testes examinati sint in iudicio possessorio, perinde habendum est eorum testimonium ad plene probandum in petitorio, cum non versentur in terminis simplicis summarie informationis, sed plenarie, ac formalis probationis servatis probatoris terminis, ac necessariis citationibus peractæ, quibus circumstantiis concurrentibus, testes examinati in iudicio possessorio probant etiam in petitorio. (q)

Ita

(k) Rot. decif. 1. n. 9. cor. Ninot. decif. 85. n. 2. cor. Otthobon. decif. 45. n. 5. cor. Gelfo. decif. 508. n. 2. 3. 9. & 15. cor. Penia. decif. 528. n. 11. cor. Bich. & notavit præcedens mea decisio, §. *Quinimo*.

(l) Ad tradita per Add. ad Gregor. decif. 298. n. 13. Card. de Luc. de Jurisdic. disc. 8. n. 9. bon. mem. Anfeld. in Addit. ad ejus. decif. 68. n. 82. Rot. decif. 1206. n. 14. cor. Emerix, & in recent. decif. 208. n. 15. part. 17.

(m) Sicuti notat Felin. in cap. *Uind*. num. 7. & 8. de *Præscript.* Rot. cor. Coccin. decif. 172. n. 6. cor. Buratt. decif. 457. n. 3. cor. Bich. decif. 356. n. 12. in recent. decif. 94. n. 23. Part. 7. & in Augustiana *Decima* un. 13. Mart. 1719. §. *Negue*, & §. *Quadragesimaria*, cor. R. P. D. meo Folicaro.

(n) Ut dixit Rot. in Trojana *delationis Crucis* 10. Decemb. 1708. §. *Eoque potissimum*, cor. Rev. D. meo Archiep. Neocæsariensis.

(o) Sicuti in terminis hujus requisiti notatur Gabriel.

de *Præscript.* concl. 1. num. 74. Rot. cor. Seraphin. decif. 469. n. 2. & 4. cor. Penia. decif. 641. n. 9. & 10. & cor. Bich. decif. 528. n. 11.

(p) Juxta censuram text. in cap. 1. juncto §. fin. de *Præscript.* in 6. gloss. in cap. *Cum in aliquibus*, verb. *Loci consuetudine* in fin. de *Decimis*, Rebuff. de *Decim.* quest. 13. n. 63. Monet. eod. *Tract.* cap. 5. n. 117. *Posth.* de *Manut. observ.* 45. n. 22. & seq. Rot. cor. Gallat. decif. 656. n. 10. cor. Celli. decif. 110. n. 5. & in recent. decif. 101. à n. 2. ad 6. part. 11. & decif. 206. n. 3. part. 13.

(q) Juxta distinctionem traditam à Felin. in cap. *Causam*, quæ n. 6. de *Testib.* *Malcard.* de *Probat.* conclus. 1309. n. 1. *Covarr. Pract.* *Quest.* cap. 17. n. 7. *Menoch.* de *Retinend.* *remed.* ult. 38. *Christ.* de *Paz.* de *Tenut.* cap. 32. n. 8. *Surd.* de *Aliment.* *Part.* 1. *quest.* 127. n. 11. *Posth.* de *Manut. observ.* 39. n. 1. & 2. *Rot.* post eundem decif. 73. n. 2. & cor. *Danoz.* *Jun.* decif. 95. t. n. 3.

Ita etiam ob stare non debet, quod examen præfatorum testium peractum fuerit in litigio tunc vigente super decimis debitis ex fructibus ovium, lana, & caseo, quæ, cum dicantur decimæ mixtæ, ab ipsis fieri nequeat extensio ad decimas prædiales: enim vero animadvertendum est, quæstionem eo tempore promotam fuisse super decimis gregum, quos Moniales nuper introduxerant in territoria de *Perobezquez*, & *Urtada*, à quibus ut se eximerent Moniales, cum probare non possent quasi possessionem non solvendi dictas decimas gregum antecedenti solim anno introductorum, hinc probandam assumpserunt consuetudinem immemorabilem non solvendi decimam ex quibuscumque fructibus, quæ in præfatis territoris propriis expensis culcis recolligebant.

17. Unde arguere oportet, exemptionem à decimis animalium basim suam habuisse super altera exemptione à decimis prædiorum, nec in tali categoria decimas gregum repone posse inter decimas personales, seu mixtas, nam cum subrogatæ intelligantur in locum decimarum, quæ solvendæ essent ex fructibus terrarum, seu pascuis, licet ratione custodiæ, ac hominis industriae aliquo modo participant de personalibus, adhuc tamen, quia magis accedunt prædialibus, reputandæ sunt quoad juris effectum ad instar decimarum prædialium. (r)

18. Cum namque de jure communi ex pascuis etiam decimæ solvendæ sint Ecclesiis, (s) quando illæ solvi nequeunt ex ipsismet fructibus terræ, ut sunt frumentum aliaque segetes, quæ sunt in fructu, usus, 19. & consuetudo induxit decimas animalium loco fructuum subrogari in fructibus eorumdem animalium in prædiis decimabilibus depascientium: (t) 20. animalia enim in fructu prædiorum sunt, (u) 21. & ubi existant in pascuis, pars prædii, quod

depascuntur, nuncupantur. (x)

22. Tali autem modo alteri nequaquam potest extensio fieri de re ad rem, quia cum controversia versetur super fructibus ejusdem Territorii, neque extensio proponatur de uno prædio ad aliud, quemadmodum si in ipso Territorio mutatus fuisset modus culturae, & coepisset loco unius segetis scrii solitæ, alia seminari, vel loco vineæ olivetur plantari, decima debita esset in illis fructibus, qui colligerentur; vel si præscripta fuisset in antiquis fructibus, præscripta pariter dicenda esset in illis novissime introductis: (y) ita à pari, cum animalia depascantur in Territoriis de *Perobezquez*, & *Urtada* essent in fructu eorumdem territoriorum, dum exemptio, medianribus testibus anno MDCXLL. adductis, firmata omnimode fuit respectu gregum, ut nempe ex illis nulla decima lanæ, casei, ac seretum debita esset, hæc eadem exemptio proficere debet pro aliis speciebus fructuum, quæ in iisdem Territoriis expost colligi contingit loco gregum, qui in ipsis prius depascabantur: 23. neque talis extensio prohibita est, cum se habeat ad species fructuum eorumdem prædiorum, in quibus æqualis est conditio, & determinatio. (z)

Nec ob stare potest in illo iudicio anni MDCXLL. Iudicem pronuntiasse favore Monialium in simpliciter, & nudo dumtaxat possessorio quoad decimas pecudum, nullatenus vero quoad eas prædiorum, proptereaque attendendum non esse, quidquid citra hæc decimas dixerint testes citra quæstionem tunc vigentem, quorum assertionem à Iudice earum respectu rejectam fuisse censendum sit: quoniam argumentum vim habere potest, si Ministri Archiepiscopatus iudicium instituerint super solutione decimarum omnium fructuum, quos Moniales

K 2 les

(r) Juxta gloss. in cap. *Ad Apostolica*, de *Decim.* verb. *Personales*, *Gonzal.* *Tellez* in cap. *Cum sint homines* 18. n. 2. circa fin. de *Decim.* *Rebuff.* de *Decim.* *quest.* 6. n. 26. & seq. & *quest.* 7. n. 25. *Navar.* *conf.* 2. num. 7. *Valenz.* *conf.* 8. n. 1. & seq. tom. 1. *Barbof.* de *Paroch.* *Part.* 3. cap. 28. §. 1. n. 12. & §. 2. num. 37. *Rot. cor. Cocc.* decif. 1586. n. 34.

(s) Ex text. in cap. *Commiffum*, ubi *Abb.* n. 2. de *Decim.* *Card.* in *Clem. 1.* num. 15. tit. eod. *Rebuff. dict.* *Tract.* *quest.* 8. n. 22. *Gonzal.* in cap. *Cum omnis* sub n. 5. *part.* de *Decim.* *Solorz.* de *Jur. Indiar.* tom. 2. lib. 3. cap. 21. num. 6.

(t) Ut singulariter advertunt *Rebuff.* de *Decim.* *dict.* *quest.* 8. n. 2. *Card.* de *Luc.* de *Regal.* decif. 59. n. 8. & de *Decimis*, *disc.* 8. sub n. 5.

(u) Text. in leg. *Item si 10.* *Acuspiorum*, ff. de *Usufruct.* *Gonzal.* in *dict.* cap. *Cum sint homines*, n. 2. circa fin. de *Decim.*

(x) Ex text. in leg. *Pecoris*, ff. de *Servit. rustic. prædior.*

ibi: *Pecoris pascendi servitutes*, &c. *prædii magis quam persone videntur*, & in leg. *Fundo*, Cod. de *Verb. signific.* & ad rem nostram in specie movit *Gonzal.* in *dict.* cap. *Cum sint homines* 7. sub n. 4. eod. tit. de *Decim.*

(y) Ut firmat *Pauorm.* in cap. *Cum in tua* 30. de *Decim.* *Fagnat.* in cap. *Cum contingat*, n. 13. *part.* de *Decim.* *Palslerm.* in 3. *Sexti* *Decret.* tit. de *Decim.* *quest.* *unic.* art. 14. n. 303. *Moneta* de *Decim.* cap. 2. n. 89. *Barbof.* de *Paroch.* *ch.* cap. 28. §. 2. n. 59. *Gratian.* *discip.* 113. *Giovagnon.* *conf.* 18. n. 7. & 8. *Posth.* de *Manut. observ.* 73. à n. 136. *Rot.* decif. 171. n. 10. *Part.* 2. *Divers.* & decif. 677. n. 3. *Part.* 1. & decif. 502. num. 1. & 2. *Part.* 4. tom. 1. recent.

(z) Per text. in cap. *Cum in tua* 30. de *Decim.* ibique *Barbof.* in *Collect.* n. 2. *Covarr. Pract.* *Quest.* cap. 37. n. 5. *Suarez* de *Relig.* tom. 1. *tract.* 2. lib. 1. cap. 21. n. 4. *Rebuff.* de *Decim.* *quest.* 14. n. 18. & 25. *Rot.* decif. 805. n. 4. *Part.* 4. *Divers.*

les recolligebant in prædiis de *Perobez*, & *Urtada*; nullatenus vero, cum solummodo inferteterint pro manutione in quasi possessione exendis decimas pecudum.

24. Quamobrem, non ex eo quod Judex concessit Monialibus manutionem in quasi possessione non solvendi decimas agnorum, & lanae, asserti potest, quod rejecerit probationem factam ex parte Monasterii, quinimo dicendum est, motum fuisse ad talem decennandam manutionem vigore possessionis immemorabilis non solvendi decimas ex ceteris frugibus ejusdem Territorii ex testibus probata, & solum se continuasse in nudo possessorio circa decimas ovium, quia ita tantummodo ferebat instantia pro parte Archiepiscopi promotæ: regulariter enim Judex non interloquitur, nisi cohærenter ad instantiam, & decreta & sententia magis latam recipere possunt interpretationem ex actis occasione controversiæ gestis. (a)

25. Parumque refert, quod aliqui testes examinati in hoc judicio anno MDCCV. dixerit, quod in his Territoriis de *Perobez*, & *Urtada* ante quadraginta annos parum cultura exercebatur, quæ assertio immemorabili oblatre possit, nam cum insimul dixerint in ea parte, quæ colebatur sumptibus Monasterii, decimas non fuisse solutas, non remansit interrupta possessio innoxia immemorabili jam ab anno MDCCIII. probata, nec mirum est, si imminuta fuerat cultura terrarum, quia cum Moniales circa annum MDCCXL. introduxissent in ista prædia greges ovium, tunc loco fruendi exemptione à decimis frumenti, & aliarum segetum, fruebantur exemptione à decimis lanae, agnorum, & casei provenientium ex pecoribus, quæ in territorio depascabantur, istique fructus erant subrogati loco illorum, qui prius ex cultura terrarum colligi consueverant. (b)

Et ita in hunc modum conclusum fuit, partibus strenue utrinque jura sua deducentibus.

R. P. D. C E R R O.

CRACOVIAN. DECIMARUM.

Veneris 16. Feb. 1723.

A R G U M E N T U M.

Decimæ debentur Parocho ex iisdem fructi-

(a) Leg. *Si ex testam.* 20. ff. de *Re judic.* Rot. cor. Ubald. Decis. 594. n. 2. cor. Merlin. dec. 611. n. 6. & 9. cor. Bich. dec. 345. n. 17. & in recent. dec. 669. num. 5. part. 18. & dec. 469. n. 33. part. 19.

(b) Ut ponderat Card. de Luc. de *Decim. disc.* 8. n. 5.

bus, qui colliguntur, non vero in pecunia. Contraria transactio non sustinetur sine beneplacito Apostolico.

S U M M A R I U M.

- 1 Parocho debentur decimæ
- 2 Ex iisdem fructibus, qui colliguntur.
- 3 Præsertim, si ita scriptum legatur in libris Ecclesiæ decimatrici.
- 4 Transactio contrarium disponens indiget beneplacito Apostolico.
- 5 Id peculiariter præscribunt Constitutiones Synodales Regni Polonia.
- 6 Nullitas actus præjudicialis Ecclesiæ aliter legari potest, etiam à Titulari, qui illi consensum dedit.
- 7 Provisio ad certum tempus restricta ultra illud prætrahenda non est.

D E C I S I O X X V I.

REnuentibus possessoribus Villæ Sobyanoiensis decimas, juxta morem, in manipulis debitas Ecclesiæ Parochiali Bistricensi persolvere, usque ab anno MDCCXIV. in judicium vocati fuerunt à Jacobo Zmudzki moderno Parocho apud Curiam Episcopalem Cracoviensem, ibique condemnationem passi sunt, adhibitis etiam Ecclesiasticis censuris. Hanc vero sententiam, cum in omnibus confirmaverit Rev. Nuntius Apostolicus, & post obtentum à succumbentibus Breve Commissionis ulterioris appellationis in Partibus, Signatura Justitiæ rescripserit, prævia reportatione Brevis, ad Rotam cum clausula de appellatione: obrigit propterea mihi exhibere Dominis meis dubium, an Parocho Ecclesiæ Bistricensis debeantur decimæ in manipulis ex terris in Villa Sobyanoiensis in casu, &c. quod, eodem Parocho tantummodo jura sua deducente, resolutum fuit, mediante rescripto, pro informante.

1. Et quidem non sine maxima ratione, quia cum nullo modo in dubium verti possit, quin Villa Sobyanoiensis intra limites Parochialis Ecclesiæ Bistricensis existat, inde fit, ut ex ejus prædiis decimæ debita sint. (c)

2. Hac autem posita generica obligatione decimas persolvendi, æquè certum est, solutionem faciendam esse non in pecunia, prout contenderunt possessores sapedictæ Villæ, sed in

(c) Juxta text. in cap. *Commisum*, cap. *Ex transmissa*, & cap. *Ex part. de Decim.* quibus consonat Synodus Provincialis Regni Poloniae, de qua Rot. in Cracov. *Decimarum* 25. Jun. 1706. §. *Quod decima*, cor. bon. mem. Caffarello.

in manipulis, non solum, quia jure, tum Divino, tum Ecclesiastico statutum habemus, ut ex iisdemmet fructibus, qui colliguntur, solutio expleatur: (d) 3. verum etiam, quia id speciatim præscriptum habetur ex Libro, quem vocant *Beneficiorum*, & *Retaxationum*, ubi legitur, dotem Ecclesiæ Bistricensis fuisse constitutam in decimis manipularibus, ex quo sane libro versante super modo, & qualitate decimationis nulli dubium, quin superlativa probatio eruat. (e)

4. Taliter itaque incomperito existente jure Parochi pro obtinendis decimis manipularibus, frustra objiceretur, eum per transactionem non semel initam cum possessoribus Villæ Sobyanoiensis præfatas decimas à manipularibus ultroce redegit ad quotam pecuniariam, & eaque se contentum declarasse: quoniam, ubi etiam conventiones à Parocho expletæ annis MDCCIII. & MDCCVII. nomen transactionis normam temporis futuro præscribentis promereri possent, non tamen interclusum esset eidem Parocho transigenti actum à se celebratum impugnare, illique expressè contraire, quippe quia, quoties transactio super decimis inita Episcopi approbatione, & Sedis Apostolicæ beneplacito destituta detegatur, nulla proculdubio, & invalida dijudicanda est, (f) 5. prout sanxerunt Constitutiones Synodales Regni Poloniae, præcisè interdicens, ne transigatur super solutione decimarum, & præcipue ne admittatur dicta solutio in pecunia: (g) 6. atque idcirco non solum successoribus in Parochia, sed etiam ipsimet Titulari, qui transigat, datum est, nullitatem actus in judicio proferre. (b)

At vero memorati actus à Parocho gesti immerito transactiones vocantur: vel enim loquimur de eo anni MDCCIII. & patet tunc nil aliud Parochum egisse, nisi acceptare solutionem florenorum 1750. sibi factam à Nicolao Hariski possessore Villæ Sobyanoiensis loco decimarum manipularium, quas debebat pro annis retroactis, quævis, sicuti eo tunc arduum nimis erat, posse rependi in tam magna quantitate manipulorum, quanti importa-

bant plures annualitates decursæ, ita nil mirum, si per viam concordia opus fuit æquivalens præstare in pecunia; inde autem nullum argumentum desumi valet pro commutatione decimæ ad tempus futurum, circa quod conventio nihil disposuit, vel ullam habuit relationem: 7. aut vero sermo est de altero actu expleto anno MDCCVII. & cum hic nil aliud contineat, quam quod Parochus amicabiliter, & æquitative se gerendo cum Marianna Hariski, & Jacobo ejus viro possessoribus Villæ præfate: *habita ratione moderni temporis calamitosi, atque carissimi, & sterilitatis frugum in vim manipularis decimæ contentari se constituit pro eadem decima manipulari hoc anno summa floren. 260.* Ponicolicium, sunt præfata verba instrumenti, *Summ. num. 6.* hinc profecto haud rectè eliceretur, decimam redactam extitisse ad quotam pecuniariam, quando constat fuisse expressam causam id peragendi, non quidem perpetuam, sed imo accidentalem & temporaneam, & quod magis est, appositum fuisse tempus limitatum illius anni, ex quo clarus eruit, actum ita taxative restringi voluisse, ut nullum tractum successivum præ se ferret. (i)

Et ita unica, &c.

R.P.D. ROUAULT DE CAMACHES.

ROMANA, SEU ALBANEŒ
pecuniaria.

Veneris 3. Jun. 1729.

A R G U M E N T U M.

Plura ad text. in cap. *Oduardus*, de *Solut.*

S U M M A R I U M.

- 1 Exponitur dispositio cap. *Oduardus*, de *Solut.*
- 2 Beneficium dicti cap. conceditur Clericis, ne ad mendicitatem indecoram redigantur.
- 3 Filius conveniri non potest à creditore patris,

(d) Ad text. in cap. fin. de *Parochis*, Panimoll. dec. 33. ad not. 1. n. 27. Rot. dec. 85. n. 1. cor. Emerix Jun. & in Guclen. *Decimarum* 26. Jun. 1715. §. *Juris in quam*, & seqq. cor. Emin. D. Card. Althann, & in præcisus terminis hujusmodi Dioecesis Cracoviensis dictum fuit in allegata Cracoviensis. *Decimarum* 55. Jun. 1706. cor. bon. mem. Caffarello confirmata 29. April. 1709. cor. eod. & 12. Decemb. 1710. cor. bon. mem. Kaunitz.

(e) Ad firmata per Rot. dec. 82. & 83. utrobique n. 2. part. 11. dec. 564. n. 5. part. 18. & dec. 48. num. 2. part. 19. recent.

(f) Ut disponit text. in Can. five 12. quæst. 2. cap. *Sta-*

tuimus, de *Transact.*

(g) Ut notavit Rot. in dict. Cracoviensis. *Decimarum* 25. Jun. 1706. §. *Haud obstante*, & in altera 29. April. 1709. §. *Ratio decidendi*, & seqq. cor. bon. mem. Caffarello.

(h) Ad firmata per Rot. dec. 290. n. 18. cor. Bich. dec. 9. n. 6. & dec. 294. n. 2. part. 7. recent. & in Varavian. *Decimarum* 5. Jul. 1715. §. *Nec pro titulo*, cor. R. P. D. meo Folsaro.

(i) Juxta text. in leg. *Veteres*, Cod. de *Contrah. stipulat.* Nat. conf. 77. n. 14. Parif. conf. 79. n. 12. lib. 3. Surd. conf. 52. n. 73. & dec. 33. n. 10. Rot. dec. 660. n. 5. cor. Dunozet. Jun. & dec. 1047. n. 8. cor. Emerix Jun.